

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 87. Conventus Universitatis Parisiensis ad sedandas Gallorum  
dissensiones.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

Judicum, & præcipue judiciariam Parla- Sæcul. XV.  
A.C. 1413.  
menti potestatem in causis possessoriis  
beneficiorum impostorum oppugnare præ-  
sumeret. Regi etiam supplicabant, ut  
hac de re ad Papam & Cardinales scribe-  
ret, quod & factum est. Paulo post Rex  
pensatis gravaminibus, quæ Universitas  
proposuerat, literas innovavit, quibus o-  
lim illorum jura asserta declaravit, qui  
subtractionis tempore beneficia accepe-  
runt. Item beneficiorum nundinationi  
in Francia obviaturus, ex consilio Cleri  
atque Universitatum præcepit, ut Curiæ  
Romanæ haud amplius integrum esset,  
ullas Ecclesiarum Provisiones & com- Vid. supr.  
mendas in toto suo Regno concedere, Lib. CL. §. 53  
& 61.  
hancque in rem ad Joannem Papam, ut  
huic malo prospiceret, Oratores suos ab-  
legavit. Quia vero Pontifex sui propositi  
immemor, nihil immutare, nec a solita  
sua agendi ratione desistere volebat, tan-  
dem Parlamentum iuslit, ut edictum Men-  
se Februario Anni millesimi quadringen-  
tesimi sexti conditum, quantum ad bene-  
ficia electiva spectaret, executioni manda-  
retur; cui edicto ipsius quoque regii Con-  
sili auctoritas accessit.

### §. LXXXVII.

*Conventus Universitatis ad sedandas  
Gallorum dissensiones.*

Universitas Parisiensis ad preces Aulæ Iuv. Urfin.  
hist. Car. VI.  
Z 5 Regiæ, pag. 252.

Sæcul. XV.

A.C. 1413.

Regiæ, cuius partes tuebatur, dissidiis  
Regnum scindentibus sese implicare co-  
gebatur. Igitur probe intelligens, Pro-  
ceres Regni, eosque, qui clarioribus fun-  
gerentur Officiis, studiose ejusmodi tu-  
multus fovere, ut eo liberius populum  
opprimerent, ac præterea, nisi promptum  
malō adhiberetur remedium, Anglos  
jamjam in eo esse, ut Aquitanniam sibi  
subjicerent; his perpenſis Universitas Re-  
gem alias optima meditante confilia,  
ad regni sui reformationem vehementer  
excitavit. Secretum etiam habuit Con-  
ventum apud quendam Carmelitam, no-  
minè Eustachium de Pavillis seu Polaco  
Theologiæ Doctorem, ubi de noxiis ex-  
cessibus regnum vexantibus agebatur, il-  
lorumque cauſa atque origine sigillatim  
indagata, quilibet vel prout affectus, vel  
prout edoctus fuerat, suam edixit sen-  
tentiam. In hanc tamen omnes abie-  
re opinionem, quod præſentes rerum vi-  
cissitudines non minus funestæ esse pos-  
tent Gallis, quam propitiæ forent Anglis.  
Interea vero certi nihil statutum fuit,  
nisi quod stabilem inter Principes pa-  
cem procurare omnino necessarium esset.  
Rex quoque ex Primoribus sub finem  
Mensis Januarii consilium congregavit,  
ubi quam sincero affectu Universitas re-  
geretur, satis eluxit ex sermone, quem  
Ursinus Talvenda, nomine Facultatis de-

paſis

pacis negotio 'coram' Rege declamabat, Secul. XV.  
acriter cunctas perstringens injusticias, A.C. 1413.  
quæ in administrando ærario Regio, in  
decernendis forensibus cauiss, in Can-  
cellaria, in Officiorum distributione, at-  
que in re monetaria committerentur. Ne-  
mini eorum, quos delicti conscientia reos  
fecit, pepercit, nec ipsi quoque Arnaldo de  
Corbeia Cancellario, quamvis nomen e-  
jus silentio preseruit; quem tamen Rex  
protegere non destitit.

§. LXXXVIII.

*Oratio Joannis Gersonii coram  
Rege.*

Pace Parisiis promulgata Joannes Ger- Hist. Univ.  
sonius Cancellarius nomine Universi-  
tatis, & Cleri coram Rege sermonem ha-  
buit, partim delicti veniam exoraturus  
omnibus Academiæ membris, horum tu-  
multuum complicibus, partim circa a-  
lia maximi momenti argumenta differ-  
turus, uti erant omnium Regni Ordinum  
reformatio, atque assasina Aurelianensis  
Ducis cædes. Admodum prolixa erat Ger. fol. 3.  
Gersonii oratio, quam tandem absolvit p. 1345.  
digrediendo ad S. Josephum, cui speciali  
devotionis affectu addictus erat. Nihi-  
lominus Academia sermonis hujus apo- Vid. supr.  
logiam edere compulsa est adversus non- Lib. CL. §. 91.  
nullos,